

dern, . . . with a critical disquisition on every station of Richard of Cirencester and Antoninus in Britain, to which is added Richard's original work. Exeter 1816 8.), I. A. Giles (*Richard of Cirencester with notes* cet. Lond. 1848 8.). Falsarius multa ex Taciti Agricola desumpsit; inde qui crisin eius libri sibi proposuerat absolvendam Carolus Wexius nostras fraudem Bertrami detexit nullo negotio (in novo museo Rhenano vol. 4, 1846 p. 346 ss.). Wexii dissertatio quanquam in sermonem Anglicum versa statim eodem anno, quo prodiit (*gent. mag.* 26, 1846 p. 365 ss.), tamen diu neglecta est, etiamsi antea iam homines periti, veluti Hodgson (supra p. 105, 14) verum viderant aut, veluti ii qui tabulas Britanniae antiquae delineandas curaverunt societati for the diffusion of useful knowledge sane diffisi sunt (adscribenda enim curaverunt tabulis vocabula haec: *the authority of Richard of Cirencester is very questionable*). Inventi etiam sunt qui Wexium redarguere studerent (Beale *Poste gent. mag.* 27, 1847 p. 377 ss. ibidemque I. P. p. 480 ss.); plerique autem eorum, qui de oppidis viisque Britanniae Romanis fere viginti hisce annis commentati sunt, quamvis fidem Ricardi sublestam esse non ignorent, tamen eo usi sunt (cf. exempli causa G. Vere Irving *on the iters of Richard of Cirencester in assoc. journ.* 17, 1861 p. 189 ss.). Itaque non inutilem operam impendisse existimandus est B. B. Woodward, bibliothecarius Windsoriensis nunc iam defunctus, cum Bertrami fraudem civibus suis iterum demonstraret (*gent. mag.* 19, 1866 p. 308 ss. 618 ss. et 20, 1866 p. 458 ss.), eo inter alia argumento usus, quod Camdenum ab eo compilatum esse appareret. Sed frustra fecit; nam ne anno quidem 1869 a Ricardo omnino manus abstinuisse, ut par erat, vidimus inter alios vi-

rum alioquin eruditum Arthurum Taylor (supra p. 34). Ab hac vero miliariorum editione Ricardum procul habitum esse non est quod addam.

Tituli miliarii Britannici plus minus quadraginta, quos habemus, imperatorum sunt eorum, quos infra posui: Hadriani duo (n. 1169. 1175), duo Caracallae (n. 1164. 1186) tertiusque incertae lectionis aut eius aut Elagabali (n. 1191), Gordiani quattuor (n. 1149. 1159. 1183. 1184), Philippi et Philipporum patris et filii bini (n. 1172. 1173. 1178. 1179), Decii quattuor (n. 1163. 1171. 1174. 1180), Galli et Volusiani duo (n. 1148. 1182), Postumi unus vel duo (n. 1161. 1162), Victorini unus (n. 1160), Tetrici duo (n. 1150. 1151), Aureliani (n. 1152), Floriani (n. 1156), Numeriani (n. 1165), Diocletiani et Maximiani (n. 1190), Maximini Dazae (n. 1158) singuli, Constantini quattuor (n. 1157. 1170. 1176. 1177), Crispi unus (n. 1153), Constantini iunioris tres (n. 1147. 1154. 1188), qui sunt in Britannia repertorum recentissimi. Universa igitur haec miliariorum series secundum tempora extenditur a saeculo altero fere medio usque ad medium quartum; antiquiores enim Hadriano miliaria prodierunt nulla. Neque vero quisquam inde ab imperatoribus illo vetustioribus, id est a Claudio ad Traianum, vias omnino in Britannia munitas esse nullas iure concluderit. Legatus Augusti in uno tantum nominatur, qui est Caracallae (n. 1186); numeri passuum extant in quattuor (n. 1156. 1168. 1169. 1175), nomina locorum in duobus tantum (n. 1168. 1169), atque eorum unum non integre servatum est (n. 1169). Ad locorum veterum situm definiendum item pauci tantum valent, ut apparebit ex iis, quae singulis capitibus praemonebuntur; unde utilitas titulorum eius generis in Britannia in universum exigua est.

## LXVIII. VIAE BRITANNIAE MERIDIONALIS.

In Dumnoniorum regione (*Cornwall* et *Devon*) itinerarium Antonini itinera nulla habet ultra Iscam; quae apud Ravennatem huc videntur referri posse nomina (5, 31 p. 425, 2—7) nullius sunt utilitatis. Viam autem fuisse usque ad extremam insulae partem (*the Lands End*), quam vestigia eius quantum video observata non sunt, docet miliarium ibi repertum (n. 1147).

In *Devon* atque in *Wilts* comitatus parte meridionali, i. e. apud Durotriges et Belgas, viarum *the Fosse* et *Icknieldstreet* dictarum vestigia extant (cf. Goughs *Camden* 1 p. 43. 53. 140. 144. 162; Willis *Archaeologia* 8, 1787 p. 98); item viarum aliquot minorum (cf. I. Y. Akerman *proceedings of the society of antiquaries* ser. II 3, 1865 p. 203). Miliarii vero neque ibi reperti sunt nec in *Dorset*, ubi vestigia non pauca observata sunt viarumque nomina manserunt *Ackling Street*, *the Portway*, *the Street*, *Rumansleigh Ridge* (cf. Goughs *Camden* 1 p. 66; R. Hussey *an account of the Roman road from Allchester to Dorchester* cet. Oxon. 1841 8. cf.

Halliwell *Archaeologist* 1, 1842 p. 209 ss.; Ch. Warne *Archaeologia* 39, 1863 p. 85 ss.).

In *Hants* tam vestigia (cf. Goughs *Camden* 1 p. 205 ss.) quam miliarii reperti sunt; hi omnes (n. 1148—1152) pertinent ad Clausentum (supra cap. III). Clausenti, Ventae, Callevae situm auxilio itinerarii definitum esse monui supra (p. 15). In *Sussex* prope Regnos (cap. VI) et deinde iuxta oram maritimam Cantianam (quo pertinet miliarium non scriptum infra post n. 1152 commemoratum) viae trames hic illic superest (cf. Goughs *Camden* 1 p. 277 ss. 290 ss.). Ab ora versus Londinium, ubi itinerarium Antonini vias diversas recenset, ducunt *Stane Street* et *Watlingstreet*, quarum in *Surrey* (cf. Goughs *Camden* 1 p. 249. 255 ss.; W. Bray *Archaeologia* 9, 1789 p. 98 ss.; A. Sibthorpe *Archaeologia* 23, 1831 p. 398 ss.) et *Kent* itemque in comitatibus vicinis vestigia manent (cf. Goughs *Camden* 1 p. 333 ss. 363 s.). Miliarii vero inde prodierunt nulli.

1147 Columna miliaria rep. a. 1853 in pariete ecclesiae *St. Hilary, Cornwall* ROG. *Now placed in the west wall of the walk leading from the church-yard gate to the church porch* EDM.

Rog.:	Blight:	Edm.:
N . . . . P . . . L S	P	
FLAV . . . VS . . .	FL · IV	FL IV
CONSTANTINO	CONSTA	CONSTANTINO
PIO AVGVS . .	PIOA	PIO
5 CAES . . .	CAES	CAES 5
DVCI	DK CI	D \ CI
ONSTANTI . .	ONSTANTI	ONSTANTI
PII	PII	PII
AVG	AVG	AVG
10 FILIO	FILIO	FILIO 10

p. C. 337

I. Rogers *archaeol. journ.* 12, 1855 p. 283 (cf. *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 311); Blight *ancient crosses* 2 f. 73; Edmonds *Archaeol. Cambr.* 4, 1858 p. 175 in tab. fig. 1, *the Land's End district* p. 57 in tab. fig. 1.

[Im]p(eratore) [Cae]s(are) Fl(avio) Iu[lio?] Constantino Pio Augus[to], [imp(eratoris)] Caes(aris) d[iv]i [C]onstanti[ni] Pii Aug(usti) filio

V. 2 fortasse cum Rogersio legendum Flaw[i]o V[al(erio)]; ita enim videtur Constantinus iunior appellari solitus esse, postquam Augustus factus est.